BIBLIA (PROV-APOC)
Österreich?, 1472 Seite 176v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

vertice carmeli inde scrutabo
auferam eos: et si celauerit se
ab oculis meis in profundo ma
ris: ibi mandabo serpenti et
mordebit eos. Et si abierit in
captiuitatem coram inimicis suis
ibi mandabo gladio et occidet eos
et ponam oculos meos super eos
in malum et non in bonum. Et dus
deus exercituum qui tangit terram
et tabescet: et lugebunt omnes
habitantes in ea. Et ascendet
sicut riuus omnis: et defluet
sicut fluuius egypti. Qui edificat
in celo ascensiones suas: et fasti
culum suum super terram fundauit
Qui vocat aquas maris: et ef
fundit eas super faciem terre. Dus
nomen eius. Nunquid non ut filij
ethiopum vos estis mihi filij is
rahel ait dus. Nunquid non israel
ascendere feci de terra egypti: et
philestinos de cappadocia. et sy
ros de kyrene. Ecce oculi dni
dei super regnum peccans: et con
teram illud a facie terre. Verum
tamen conteram non conteram domum
iacob dicit dus. Ecce enim man
dabo ego: et commouebo in omnibus
gentibus domum israhel sicut
commouetur triticum in cribro: et non ca
det lapillus super terram. In gladio
morientur omnes peccatores populi
mei: qui dicunt non appropinquabit
et non veniet super nos malum
In die illa suscitabo tabernaculum
dauid qui cecidit: et edificabo
aperturas murorum eius: et ea
quæ corruerat instaurabo et re
edificabo eum sicut in diebus antiquis
ut possideant reliquias idumee et omnes nationes: eo quod
inuocatum est nomen meum super
eos dicit dus faciens hæc. Ecce
dies venient dicit dus: et com
prehendet arator messorem: et
calcator vuae mittenti semen
et stillabunt montes dulcedinem
et omnes colles culti erunt. Et con
uertam captiuitatem populi mei israel
et edificabunt ciuitates desertas
et inhabitabunt: et plantabunt
vineas et bibent vinum earum
et facient ortos et comedent
fructus eorum. Et plantabo eos
super humum suam: et non euellam eos
ultra de terra sua quam dedi eis
dicit dus deus tuus:

Incipit abdias propheta

Visio abdie. hec dicit
dus deus ad edom.
Auditum audiuimus a
dno: et legatum ad gen
tes misit. Surgite:
et consurgamus aduersus eum in pre
lium. Ecce parvulum dedi te in gen
tibus: Contemptibilis tu es valde
Superbia cordis tui extulit te ha
bitantem in scissuris petrarum
exaltantem solium tuum. Qui dicis
in corde tuo. Quis detrahet me in
terram Si exaltatus fueris ut
aquila: et si inter sidera ponas
nidum tuum: inde detraham
te dicit dus. Si fures introis
sent ad te. si latrones per noctem
quomodo conticuisses Nonne furati
essent sufficientia sibi Si vinde
miatores introissent ad te. nun
quid saltem racemos reliquisset
tibi Quomodo scrutati sunt esau:
Inuestigauerunt abscondita eius
usque ad terminum emiserunt te: